! Augsburg, OB 9 — Ed. Ph. Schmitz in Rev. Bén. 1935

Miscella BMV s XII

102r. Domino B. venerabili abbati de hothenheim soror ELISABEHT. devotas orationes. In die penterosten / si feci secundum petitionem vestram et interrogavi (atque) angelum domini. qui mihi apparebat de nomine sce virginis cuius corpus habetis. et de parentela eius. Et respondit mihi dicens. Nomen virginis de qua interrogas erat VIUENCIA et nomen patris eius arrianus mater vero eius leticia vocabatur et erant ambo iusti ante dm. Cumque per annos quadraginta simul fuissent in coniugio sine prole. ! novissime largiente dno hanc filiam accipere meruerunt. Quam (ac i) quia tenerrime diligebant. nulli eam marito sociare voluerunt sed ota fame de beata URSULA et exercitu eius hanc secum ad illam adduxerunt eiusque societati eam coniunxerunt. Sicque accidit ut in numero sanctarum virginum martyrium pateretur. Nolo autem vos ignorare quod cum hec ab angelo infra canonem misse percepissem. non recte in memoria retinui nomen virginis quod dictum mihi fuerat. (se fri meo (!) post missam hesitanti super hoc. dixi quoniam nomen eius fuisset conuiuia. Posthec autem in meridie mihi quiescenti apparuit eadem virgo. et valde me arguit quod non recte eam